



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola XVII. Gregorii Papae I. Ad Theotistvm. Commendat Ioannem
presbyterum iniuste damnatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

480 · GREGORII PAPÆ I.

EPISTOLA XVII.

GREGORII PAPÆ I.

AD THEOTISTVM.

Commendat Ioannem presbyterum iniuste damnatum.

Gregorius Theotisto cognato imperatoris.

SCIMVS excellentiæ vestræ Christianitatem bonis inten-
tam semper operibus: & idcirco mercedis vobis cau-
fas, quas vos diligere certum est, prouidemus, vt nos vestris
meritis prouidendo iungamur. Indicamus itaque vobis,
Ioannem presbyterum latorem præsentium liberum ab
his quibus accusatus fuerat extitisse. Cuius fidem facto
Concilio subtili examinatione,* vt potuimus, perscrutan-
tes, nullam in eo culpam prauæ confessionis inuenimus.
Sed quia reætæ fidei Deo miserante professor ac cultor ap-
paruit, nostra eum diffinitione absoluimus; præsertim cum
accusatores ipsius quæ esset Marcianistarū, quam memo-
rabant, hæresim se nescire professi sunt. Eapropter pater-
no salutantes affectu, quæsumus vt fauoris vestri eum gra-
tia tueri dignemini. Et ne quisquam illum frustra post hoc
velit affligere, aut aliquam ei pro hac re quolibet modo
molestiam irrogare, ita eum excellentiæ vestræ defensio
contra hæc instantius pro sua mercede protegat ac defen-
dat, vt nec hunc amplius tribulatio iniusta consumat, &
eius vobis vicem humani generis conditor ac Redem-
ptor, quem sincera confessione colitis, inter bona plurima
quæ agitis recompensem.

Mense Octobri, indictione decimaquarta.

EPISTOLA XVIII.

GREGORII PAPÆ I.

AD IOANNEM EPISCOPVM SYRACVSANVM.

De vsu pallii.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano.

APOSTOLICÆ sedis benevolentia, & antiquæ confue-
tudinis ordine prouocati, fraternitatitua, quam in Sy-
racusana ecclesia gubernationis officium constat suscep-
isse, pallii vsu prouidimus concedendum, illis videlicet
tempo-